



**Praxis Meditationum S.P. Ignatii Loyolae**

**Diertins, Joseph**

**Solisbaci, 1708**

Med. 15. Gen. 1. De transgressione octavi, noni, & decimi Præcepti.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60232](#)

modi eligendi, debemus prospicere non minus, quando pro Tribunalis sistar judicandus, quo me consilio hac in re usum esse vellem, &c.

**COLLOQ.** Ad Christum crucifixum, ipsius misericordiam extollendo, qui tot modis nos à peccando vult liberare; contritionem excitando, quia charitas foras mittet timorem illius iudicii. **RECOL.**

## MEDITATIO XV. G. I.

*De transgressione octavi, noni, & decimi Præcepti.*

**C**ONG. De eo, qui sibi male conscius, de mandatis acceptis Domino suo rationem dare debet.

**PRÆL. I.** Considerare terrores minaces, cum quibus mandata sunt data in monte Sina.

**PRÆL. II.** Petere gratiam cognoscendi, & extirpandi peccata contra hæc Præcepta.

**P**UNCTUM I. M E M. De falso testimonio legitur Deut. 19. Reddant ei, sicut fratri suo facere cogitavit; & auferes malum de medio tui, ut audientes ceteri timorem habeant... non misereberis ejus, &c.

**I N T E L.** Perpendamus verba singula, & sciamus, quod ea, quæ contra proximum male agimus, proportionatâ pœnâ certò aliquando sint puni-

C;

punienda. REFL. Examinemus peccata contra proximum.

VOL. Dicamus cum affectu Psal. 14. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo, &c. qui non egit dolum in lingua sua, nec fecit proximo suo malum, &c. Doleamus de talibus peccatis.

**P**UNCTUM II. MEM. Daniel. 13. duo senes exarserunt in concupiscentiam Susanna, & dixit eis Daniel: Manet enim Angelus Domini gladium habens, ut secet te medium, & interficiat vos, &c.

INTEL. Perpendamus, has poenias temporales esse quasi figurae poeniarum aeternarum; quibus Deus nos a peccando absterret. REFL. Concludamus etiam periculum concupiscendi vitandum esse.

VOL. Dicamus cum Job cap. 31. Pepigi fædus cum oculis meis, ut ne cogitarem quidem de Virgine.

**P**UNCTUM III. MEM. Rex Achab cohupierat vineam Naboth contra decimum Praeceptum.

INTEL. Consideremus, quanta peccata ex hac concupiscentia orta sint, etiam homicidii, ut meritò Deus per Eliam Achabo dixerit 3. Reg. 21. *Canes lambent quoque sanguinem tuam.* Et de uxore ejus: *Canes comedent Jezabel in agro Jezrahel.* REFL. Concludamus, quantopere nobis cavendum sit à concupiscentia rei alienarum; nam concupiscentia cum conceperit, parit peccatum; peccatum vero cum consummatum fuerit, generat mortem. Jacob. 1.

VOL.

VOL. Optemus, & imploremus fructus illos  
Spiritus Sancti, qui sunt *continentia*, & *castitas*;  
per hos enim benè observabuntur ultima duo  
Mandata.

COLLOQ. Ad Christum crucifixum, petendo  
gratiam deinceps benè observandi omnia Manda-  
ta, & ad id postulando dona & fructus Spiritus  
Sancti, excitando contritionem de peccatis ante-  
actis. RECOL.

## MEDITATIO XVI. G. II.

### *De rebellione carnis.*

CONG. Quomodo quis in medio hostium posi-  
tus *cum metu*, & tremore soleat saluti invi-  
gilare.

PRÆL. I. Considerare nos in medio quatuor  
hostium positos, scilicet *carnis*, *sensuum*, *amoris*-  
*que proprii*. & *mundani*.

PRÆL. II. Petere gratiam expugnandi rebel-  
lionem illorum hostium.

PUNCTUM I. MEM. Ob oculos ponamus, multi-  
tudinem & gravitatem peccatorum, quæ  
tum cogitatione, tum verbo, tum opere  
fiant, & oriuntur ex carnis rebellione.

PUNCTUM II. INTEL. Ratiocinemur meritò 1.  
Joan 2. primo loco in descriptione mundi sic  
positum fuisse: *concupiscentia carnis*: & à S.  
P. Nostro in Contemp. Regni Christi, inter qua-  
tuor